Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



329

Inimico tuos fac quasi alienigenas fuerunt. tu esse incipiant; Dominare in medio inimicorum tuorum.
Inimicitiae de quib: scribtum. e. In sexagesimo septimo psalmo. Lingua canum tua ab ipsis
ex inimicis ab ipso; Istisunt inimici. qui nali aliena erant potestate; Nunc ergo hoc precatur psalmista inimicis tuis dominare. Dignare esse dns inimicorum tuorum; Tecum
principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum; Ver sicut lus obscurus. e. Videamus
diem virtutis dni. ut cum scierimus diem. Tunc sciamus qd sit principium; Ex hoc
principium quomodo cum eo sit. & cum eo fuerit. quomodo hoc ipsum principium in diem
virtutis eius. in splendoribus sanctorum. e. hoc ergo principium quod. e. cum dno in die virtutis
eius. Ideo est cum dno. ut splendeant sci. Tecum principium in die virtutis tuae.
In principio erat verbum. & verbum erat apud dm. & ds erat verbum. hoc erat in
principio apud dm; pater principium. sed & filius principium; Principium enim.
non hab & principium; sicut habuerit aliud principium. iam ipsum desin & esse principium;
Quicquid ergo dederimus patri. hoc damus & filio; sicut pater in filio & filius in patre.
& omnia patris filius sunt. & omnia filii patris sunt. & principium patris. principium
filii est; Ego quod quid dicit hoc. e. Cotempt quo pacebaris & dicebas. pater in manus tuas
commendo spm meum. & quasi de hominis loquebaris affectu. tu quasi in becillis roga
bas. Tecum enim erat in principio. tecum erat divinitas. sed pptea deprecabaris
auxilium. ut acceptum auxilium daret sicut tuis. & illi splenderent. hoc qd dicitur. acci
piens daret. Nulli scandalum faciat. secundum hominem omnem loquitur; sicut
hominis corpus adsumpsit necesse est. & Ut hominis verba suscipiat; homo. e. xps. &
vere homo est secundum adsumptionem carnis; Dicimus: si ergo homo. e. secundum
corpus. Vide scorpus & nos scandalizaris. & miteris. si hominis verba loquitur; si
autem te scandalizat vilitas corporis & crux & iniuria. & alapae. & flagella. &
omnes crucis iniuria. si te hoc scandalizat. reuertere ad principium. & nos scandali
zaris; Dicit enim pater ad filium. Ex utero ante luciferum genui te. Miteres. si dns nt
atq: saluator qui uerum hominem adsumpsit. loquitur genuite. Non habeo uterum.
sed non possum me aliter indicare patrem. nisi hominis verbis loquutus fuero;
Ex utero ante luciferum genui te. Ex utero. de mea substantia. Ex utero audi
eunomi. audi ariani. sicut creatura. e. dns. si factura. Num quid artifex genuit
opus suum. Nunquid artifex filium uocat opus suum. Artifex carpentarius
fecit scamnum. Numquid de utero alios genuit. Numquid de utero meo genui te
O scamnum. Nutriq:; Nutriq: hoc dicit. sed quid dicit. Ego te feci manu mea; Quando
ait uterus dr. filius significatur. & filius non adoptatus. Vocantur enim & filii ad
optati; quod quod enim receperunt eum. dedit eis potestatem filios dei fieri. Ibi
dedit potestatem. hic uero de utero genuit. de sua natura. de suis uisceribus.